

SCRIPTA

Numéro Scripta : 9505

Auteur(s) : Henri II Plantagenêt, Angleterre (roi)

Bénéficiaire(s) : Nesle-Hodeng, Sainte-Marie-Madeleine de Bival (abbaye)

Genre d'acte : charte

Authenticité : faux

Datation : [1177-1180]

Action juridique : confirmation

Langue du texte : latin

Analyse

Henri II, roi d'Angleterre, confirme les biens de l'abbaye de Bival.

Tableau de la tradition

Original

A. Rouen, Arch. dép. Seine-Maritime, 51H2.

Éditions principales

a. Malicorne J., *Documents et courte notice sur l'abbaye de Bival (arrondissement de Neufchâtel) du douzième siècle jusqu'en 1789*, Rouen, Imprimerie Cagniard, 1897, Chartes, n° II, p. 60-64.

Dissertation critique

Transcription : Tamiko Fournier-Fujimoto

Le présent acte était ignoré par Joseph. R. Strayer qui a publié un article sur une fausse charte prétendue d'Henri II, roi d'Angleterre, pour Bival, qu'il a trouvée dans la Scheide Collection de l'Université de Princeton (Box 206, n° 6992).

Texte d'après...

Henricus rex Anglorum et Dux Normannorum et Aquitanorum et comes Andegavis, archiepiscopo Rothomagensi et omnibus episcopis Normannie, comitibus, baronibus, vicecomitibus, ministris et omnibus fidelibus suis salutem. Notum factum est nobis Boevallis monasterium cum omnibus suis pertinentiis sub apostolica protectione susceptum esse et dominum papam omnes disturbantes et sua jura minuentes ecclesiastico gladio percussisse. Sed quia in ecclesia necessarii sunt apostolico gladio nostrum quoque adhibemus et prefatum monasterium sub nostra protectione ac defensione suscipimus et sigilli nostri impressione firmamus statuantes ut nulli omnino liceat illud perturbare vel possessiones ejus auferre aut minuire sed quicquid idem monasterium ad presens possidet et quicquid sui juris esse dinoscitur testimonio dominorum in quorum feodo et elemosina monasterium fundatum est, seu in posterum Deo annuente oblatione fidelium adipisci poterat a nobis concessa et conservata ad usus monialium in eo Deo servientium permaneant. De quibus hec nominare nobis placuit, ecclesiam Sancte Marie Magdalene Boevallis cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam Sancte Marie Magdalene de Bondevilla cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam de Hosdenc cum omnibus pertinentiis suis, ecclesiam de Periment cum omnibus pertinentiis suis, et ibidem centum octoginta et sex acras terre de dono Gillelmi Bendengel, et ex dono Roberti de Hocort et Havis et Hugonis filii ejus. Duas partes decime de Nigella. Terciam partem decime de Boaffle super fluvium Augi. Ecclesiam de Bordel cum omnibus pertinentiis suis, de dono Hogeri Cepel, apud

Augifontem centum octoginta acras terre, ex dono G. de Hodent sexaginta acras terre apud Walter' essaltum et ibidem de dono Hugonis et R. Talebot sexaginta et decem acras terre, de dono Hugonis de Sancto Claro apud montem Wiborc sexaginta acras terre, de dono Hugonis Porci, apud Praellos decem acras terre, de dono Warini Deltil sub Machemontem .V. acras terre de dono Acardi de Rorheio sub Machemontem duas acras terre, de dono Gilleberti in loco qui dicitur Condovitalis sex acras terre, de dono Gilleberti de Malicorno apud Corberias V. acras terre et ibidem de dono Ricardi filii Reissent unam acram terre, de dono Hugonis de Valle, sub Haias Engeranni unam acram terre, de dono Segelc super Haias Engeranni, quatuor acras terre, et ibidem de dono Ricardi de Doceio unam acram, de dono Willelmi Pagani quatuor acras terre sub Melletuit, de Dono Willelmi de H[odenc] quatuor acras terre sub Machemontem. Item Hugo Talebot, pro filia sua Beatrice que hic monialis facta est, in molendino de Sanrai quadraginta solidos Belvacensis monete annuatim percipiendos, vigi[nti] ad festum sancti Remigii et viginti ad nundinas sancti Wandregisili media quadragesima, decimam quoque novi molendini ipsius de Sebolmesnil et molendini de Finte et tercii molendini in rivaria de Herun quod vocatur molendinum del Tot, et unam masnagium terre apud Nigellam, et in Montanis supra Boeval quatuordecim acras terre ad campartum de dono Girardi de Bossevilla, pro filia sua que in prefata ecclesia monacha facta est, quindecim solidos singulis annis reddendos, novem in redditu Gaufridi de Puteo et sex in redditu Johannis filii Leceline et in redditu heredum ipsorum post eos ad festum sancti Michaelis habendos, et si terminus ille transiret, duo milia arengorum pro denariis ecclesie reddenda, de dono Johannis comitis Augi usum liberum et quietum in foresta sua. Ad omnia que sibi necessaria fuerint et quietantiam per totam terram suam ab omnibus serviciis suis, de dono Guillelmi de Belsast in molendinis suis molere bladum suum libere et quiete, propter quod molendinarius singulis vicibus monitionis sue unum boscellum de meliori blado quod ibi habebunt [accipiet quale] invenerint molendinum tale quod relinquunt, de dono Renaldi de Gerponvilla decimam sui molendini et pomerii de Opileriis, de dono M[athildis] Imperatricis transitum suarum rerum per totam terram suam Normagnie sine teloneo et passagio et omni consuetudine dandi, quas suas legaliter esse firmare potuerint. Item de domo Hugonis Talebot decem solidos in mansura terre Haudrie de Torceio et de dono Guillelmi de Petrafossa decem solidos in mansura Rogeri de Maches et Radulfi Columbel in parrochia de Folefossa in feodo R. Talebot, de dono Radulfi de Boelei sex minas segetis de molendino suo, tres frumenti et tres alterius segetis. Hujus autem confirmationis sunt testes. Comes de Clermont. Comes de Mullent. Comes de Leicestria. Camerarius de Tancarvilla. Guillelmus de Semainora. Guillelmus de Tebovilla. Arnulfus de Rosoi.